



## Votum Fraterno labori devotum

In

## Fontem Eucharistico-Speciosum.

\* \* \* \* \*

Progr.  
Sacramen-  
tum.  
Anagr.  
Mare lan-  
atum.



I sacramentum sanctum marc , quisquis in illud  
Spem jacet , capiet ( si benè jecit ) opes.

In fontem pulchrum Frater , non irrita lapsa est  
Spes , cum Fonte sacro dum tua lapsa fuit.  
Quam benè lapsa fuit , Fontem hunc dum tutus adires ,  
Unde fluit votis gratia multa tuis.

Nec malè lapsa , novâ dum sorte Scholasticus auctus  
Huic Fonti grates debitor usque sacras.

Hoc docet iste liber , qui sese mergit in imum  
Fontis , baptismus cui fuit ante Marc.

ps. 35.v.10 Hinc nomen , quod habet , Fons vitæ , dignius hausit ,  
Hausit & ex illo nomine grande decus.

scheinborn Ad Fontem pulchrum sacro hoc cum fonte recurris ,  
Eccur ? an te angit cura Patrocinii ?

An Patricinii ? dabit hic Fons pulcher utrumque ,  
Cum Patricinio forte patrocinium.

Fons Patrinus erit , si quæ nota nigra libelli ,  
Fons sacer absterget , sicque Patrinus erit.

Fons

Fons  
For  
Hunc  
Et  
Plus ac  
Naz  
Impuro  
Soli  
Mortem  
Ha  
Quisquis al  
tutibus inf  
finè ingeni  
ta , Epigr  
haufile vid  
tuam est , sp  
mpleatus fej  
non canalew  
impleteatur ,  
municat .  
tem preclar  
siphone sp  
Concha  
Tuna  
At contr  
Cepit

Fons pulcher Patronus erit , statuetque leones  
 Forte patrocinum , sicque Patronus erit.  
 Hunc adeat Fontem , propriæ quemcunque salutis ,  
 Et vitæ æternæ cura , sitisque tenet.  
 Plus accendetur sitis , & devotio mentis ,  
 Nam quò plus potæ , plus sitiuntur aquæ.  
 Impuros quosvis Fons hic purissimus odit ,  
 Solis hinc puris vita , salusque fluunt.  
 Mortem gustabis sibi mens quæ conscia noxæ ,  
 Hauriat ut vitam , se prius ergo probet.

Quisquis alios docere cupit , omnium primò scipsum vir-  
 tutibus instituat , necesse est. Abbas Certanus illud non  
 sine ingenio è fontis concha demonstrat , quæ aquis reple-  
 ta , Epigraphen tenet : Plena refundit. Quam doctrinam  
 hausisse videtur ex mellifluo Bernardo , dum scribit : Quod  
 tuum est , spargis & perdis , si priùs , quam infundaris totus , se-  
 miplenus festines effundere. Si sapis , concham te exhibebis , &  
 non canalem ; hic penè simul & recepit , & refundit , illa donec  
 impletatur , expectat , & sic quod superabundat , sine damno com-  
 municat. Et ita juxta os aureum , In aliorum quoque utilita-  
 tem præclaros hos faciet effluere fontes. Hinc aquis è fontis  
 siphone sparsis inscribo : Recipit , & refundit.

Concha priùs sese liquidis ingurgitat undis ,  
 Tumque superfusas plena refundit aquas.  
 At contra exiguos latices simul atque canalis  
 Cepit , quam cepit , mox quoque reddit aquam.

Carnimus heu! multos hac tempestate canales  
 Penè etenim vacuo pectore quisque docet.  
 At vix invenias multis è millibus unum,  
 Qui conchæ similem se prius esse ferat.  
 Plenam te in Cathedra concham quod ritè probaris,  
 Hoc ex Fonte probas, unde refundis aquas.  
 Fons hic uteisque tibi Frater fidissime prostr.  
 Unde perennis eat vita, salusque fluat.  
 Fons hic uteisque fluat, tibi mel sine felle, propinet  
 Non nisi solamen, dulce levamen amen.

Ita preCatVr eX IntIMo CorDe SVo.

*Frater germanus*  
**F. CHRIST. PREZ,**  
 Ord. FF. Min. Rec.

Register